198

vniuersum genus humanum occupauit in longitudine latitudine sublimitate et in ꝓfundo. In longitudine quidẽ quia vſqꝫ ad finem mundi durabit. Tunc aũt ipſa mors penit⁹ destruetur. i. Chorin. xv. Nouiſſima autem inimica destruetur mors. tunc omis victus et potentia ab ea auferetur. ibideꝫ vbi eſt mors victoria tua vbi eſt mors ſti-mulus tuus. tunc ipſa totaliter in infernuꝫ proiicietur. pſa. xxv. Precipitabit domin⁹ mortem ſempiternam. ¶ In latitudie vero qꝛ per totum mundum a paruo vſqꝫ ad ma-gnum. ab infante vſqꝫ ad adoleſcentem vł ſenem a diuite vſqꝫ ad paupem ſe extẽdit Roma. v. Sicut ꝑ vnũ hoieꝫ in hũc mũduꝫ peccatũ intrauit ꝛ ꝑ pctm mors. ita in hoies mors ptrãſijt i quo oẽs peccauerũt. In alti-tudine aũt qꝛ vſqꝫ ad altiſſimũ filiũ ſe exte-xit. Ro. v. xp̄s cum adhuc infirmi eſſem⁹ ſe-cundũ tempus ꝓ impijs mortuus eſt. In ꝓfundo qꝛ eciam vſqꝫ ad illum qui ẽ in ma-tris vtero ſe imergit Ozee. ix. Inficiã ama-riſſima vteri eorum. ¶ Secũdo dicit qualis homo efficitur ex dono gracie. cũ dicitur. qui in domino moriũtur. Quidaꝫ moriũtur ſine domino. quidam extra dominum. quidaꝫ ꝓ domino. quidam cũ domino. ¶ Et ad intel-ligendum hoc nota ꝙ ſcd̃m Aug⁹. quintu-plex eſt mors. ſcꝫ culpe iehẽne nature pec-cati et mũdi. Mors culpe eſt qñ anima ſe-paratur a deo qui eſt vita. tales ſunt mor-tui ſine domino. quia ꝑ peccatũ ſeꝑantur ab ip̄o pſa. lix. Iniquitates noſtre dimiſe-runt inter nos et deum noſtrum. Sapie. i. Cogitacõnes ꝑuerſe ſeꝑant a deo. De tali-bus qui ſũt mortui ſine domino dicitur Eph. ij. Eritis ſine xpriſto et domino in hoc mun-do. ¶ Secunda eſt mors iehẽne de qua di-citur in Pſ. Mors peccatorum peſſima. de qua etiam dicitur Apocal. ij. Qui vicerit nõ ledetur a morte ſecũda. id eſt a morte eter-na que dicitur ſecunda reſpectu p̄cedentis culpe ſicut effectus reſpectu cauſe quia hec ab illa naſcitur tales moriũtur extra dñm. Quia licet primi de quibus ſupradictuꝫ eſt moriantur ſine domino tamen nõ extra dñm quia ꝑ penitentiaꝫ poſſunt redire ad dñm Ideo extẽ portas celeſtis hierlm ꝓicientur. et quaſi putridi aſini in ſterquiliniũ infer-ni iactabuntur. Jere. xxij. Sepultura aſini ſe-pelietur putrefactus et ꝓiectus extra por-tas hierlm. ¶ Tercia eſt mors nature. de q̃ dicitur Sapie. i. Deus mortem non fecit. Impij em̃. id eſt Adam et Eua mortem ac-quiſierũt manibus manus ipſas ad pomuꝫ vetitum porrigẽdo. et verbis ſerpentis in-debitis reſpõdendo. Iſtaꝫ mortem nature

ſancti martires libenter ꝓ xpriſto paſſi fue-runt. Unde dicitur de quodam. ij. Macha. vj. Ille glorioſiſſimaꝫ mortem magis q̃ odi-bilem vitam amplectens voluntarie p̄ibat ad ſupplicium. Tales moriũtur pro domino id eſt ꝓ fide et ꝓ nomine dñi vt ſicut mor-tuus eſt ꝓ ip̄is. ita et ip̄i moriũtur ꝓ eo di-centes cũ ꝓpheta. Quid retribuaꝫ dño pro omnibꝫ que retribuit mihi. Calicem ſaluta-ris accipiã et nomen dñi inuocabo. ¶ Quar-ta mors qua quis moritur peccato. de qua dicitur Iohel. vj. Qui em̃ mortui ſumus ad-huc viuem⁹ in illo. Tales moriũtur in dño dicentes cũ ꝓpheta. Quoniã ꝓpter te morti-ficamur tota die. ¶ Quinta eſt mors qua q̇s moritur mundo. ſicut viri religioſi q̃ dicunt cum aplo. Mihi mũdus crucifixus eſt ꝛ ego mũdo. de quibꝫ Col. iij. Mortui em̃ eſtis et vita veſtra abſcondita eſt cũ xp̄o in deo.
¶ Tercõ oſtenditur qualis hõ ſit futurus ex collacõne glorie cũ dicitur beati. Ipſi em̃ modo ſunt beati vna ſtola beatitudis. ſ. fe-licitate anime. In reſurrectõne autẽ erunt beati duplici ſtola. ſcꝫ felicitate aĩe ꝛ cor-poris claritate. Valet quidẽ anime de dili-gendo corpus ſuũ ſcꝫ infirmũ valꝫ mortuuꝫ videlicꝫ ſuſcitatũ. Sanũ quidem valet ad fructum pñie. infirmum ad meritum paciẽ-tie. mortuũ ad deſideriũ glorie ꝑficiẽde re-ſuſcitatũ ad cõſumacõnem glorie iam ꝑfe-cte. Merito igitur ſcd̃m Bern. Sine corpore anima nõ vult ꝑfici quia in omni ſtatu p̄t in bonũ ſubueĩre ſibi ¶ Quarto oſtẽditur qualiter homo ſe habeat in horum triũ re-cordacõne. ſcꝫ qualis homo ſit ex cõdicõne nature. ex dono gracie. et qualis ex collaci-one. ꝛ hoc notatur cũ dicitur ſcribe. Debent nãqꝫ ſcribere. i. memorie ſue firmiter impri-mere. ¶ Primo qualis homo ſit ex cõdicõe nature. qꝛ ſcꝫ mortalis et moriturus. Et iſta memoria valet ad peccati vitacõneꝫ Eccł. vij. Memorare nouiſſima tua ꝛ ineternum nõ peccabis. nec peccato. ſ. ſuꝑbie. nec aua-ricie. nec luxurie. pſa. xiiij. Detracta eſt ad i-feros ſuꝑbia tua. cecidit cadauer tuũ ſuper te. ſternetur tinea et opimentũ tuũ erunt vermes. Suꝑbus igitur in vita ſua appetit locum ſublimẽ et altum ſed in morte ſortitur locum infimũ ꝛ abiectum. ideo dicitur. De-tracta eſt ad inferos ſuꝑbia tua. Auar⁹ ſꝑ moratur in terra ꝑ amorem ꝛ cupiditateꝫ ideo in morte habitat ĩ terra ꝑ corpis pu-tredinẽ ꝛ feditatem ſiue fetiditateꝫ. Et iõ ſubditur. Cecidit cadauer tuũ luxurioſ⁹ vult habere lectum carnalem ꝛ delicõſum. ſed ĩ morte habebit localem ꝛ penalem. ꝛ ideo dicitur. Subter te ſternetur tinea. ¶ Secũdo

Memoria mortis valet ad vitacõez pcti


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt